



Anno Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi octingentesimo nonagesimo quarto residente Dei Cultore Illustrissimo viro adque Venerabili Guidofredo Dei gratia Comite, & Marchione filij quondam Vvifredi Marchioni Beate memoria in Castro Servilione territorio Barchinone, quod scitum est ultra Fluvium Lubricatum tractans, & disponens de gregis sibi gubernatione, & Sanctæ Ecclesiæ restaurazione accidit, ut Dei famulus donum Dei Abbas Arcisterij Octavianensis Sancti Cucuphati Martyris Domini, & Patronis nostri veniens humilis, & supplici mente deprecans ipsum Venerabilem Comitem Vvifredum dari sibi locum ad laborandum in adjutorium præfati Monasterij Sancti Cucuphati, quod ipse Venerabilis Comes supra taxatus non renuit, nec distulit, sed statim Divina Misericordia inspirante obtulit Domino Deo, & præfato Martyre, & ipsi Abbatи, & ejus fratribus, seu cunctis eorum successoribus in perpetuum locum in valle supra memorati Castrи Servilionis ubi Ecclesiæ, sita est in honore Sanctæ Crucis. Dedit eis ipsum locum montana adque campestria eorum Terminus, à parte Orientis incipit à vertice montis, qui stat, ē regione parte Orientale contra ipsius Dei Dominus supra taxate Sanctæ Crucis indirectum usque ad ipsa Roca rufa, qui est ultra ipso rivo, qui inde discurrit, & de ipsa Roca rufa pergit in directum ultra Ecclesiæ Sancti Sylvestri, sive in ipsa Roca alba; à parte vero Occidentis ad ipso Monte quæ dicunt pudulento, & usque in ipso Pujolo rotundo, & pergit usque ad alio pujo ubi ipse singulus incipit. A parte namque Septentrionis per ipsum singulum in directum usque ad illum Montem Orientalem supra notatum. A parte autem Meridiane per ipsum rivum, usque ad terminum Orientalem. Igitur in Dei Omnipotentis nomine Ego supra memoratus Vvifredus Comes, & Marchio dono Domino Deo, & Sancto Cucuphato supra scripto Martyre omnem alodium, qui infra supra scriptos terminos est, & sicut jam dicti termini ambiunt, vel includunt id sunt domos, curtes, hortos, terras cultas, vel

in-

D. Col. ad.

D. Cat.

incultas , arboribus pomiferis , vel impomiferis , olivarijs , & oleastris , silvis , garricis , pratis , pascuis , rusticum , & urbānum montuosum pronum , & planum , pujos , & rocas , & petras , aquis , aquarum , molendinis , molendinarijs cum suis caput aquis , & suos glevarios , & suos regos , & suis structuris , cum exijs , vel regrecijs , & cum omnibus terminis , & afrontationibus suis quantum ibi habeo , vel habere debedo per omnes quoscumque voces . Et insuper etiam concedo Domino Deo , & ejus Martyri cuncta , quæ quorumlibet fidelium dono juste , vel potentialiter prædictæ Ecclesiæ Octavianensis Cœnobij Sancti Cucuphati , usque in finem sæculi acquisierit in Comitatu Barchinonensi , Ausonensi , Gerundensi . Ut abitantes in jam dicto Cœnobio pro me , & Conjuge mea , nec non , & prolibus adque genitoribus , & fratribus meis , & pro omnibus fidelibus nostris sine intermissione Domini misericordiam semper exorent , ut dignetur nobis Dominus largire indulgentiam criminum adque remissionem omnium peccatorum nostrorum . Et Ego Feudericus Dei misericordia Barchinonensis Ecclesiæ Episcopus dono Domino Deo , & Sancto Cucuphato Martyre Cœnobij Octavianensis , & supra scripto Abbatii , & ejus fratribus ipsam Ecclesiam superius scriptam quæ est in honore Sanctæ Crucis constructa infra istos terminos ad restaurandum , & possidendum , cum decimis , & primicijis , & oblationibus , & sepulturis fidelium , seu etiam , & cum omnibus adjacentis adque appendicibus Ecclesiarum idest Sancti Sylvestri , & Sanctæ Letæ , & finibus , & terminis superius scriptis , ut sit omni tempore subditione vestra , nec non , & omnium successorum vestrorum in perpetuum , qui in Monasterio supra taxati Beati Cucuphati elegerit adque regulariter vixerint , ut ita obtineant , nec omnia superius scripta sicut ceteris alodibus , vel munificensis Sancti Cucuphati Martyris Christi , ut quocumque exinde facere voluerint liberam in Dei nomine habeant potestatem , ut exinde Deus Omnipotens , & ejus Martyr sit glorificatus . Quod si Nos Donatores , aut ullusque vivens homo , vel fœmina , aut aliquis ex fratribus ,

bus, aut hæredibus, aut successoribus nostris hanc scriptam donationis, vel concessionis, hac nostre largitionis temerarie conaverit, aut invalidam eam fieri voluerit, hoc quod petierit, vel irquietaverit facere non valeat, & Omnipotens Deus, vna cum omnibus Sanctis suis ei resistat, & alimitibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, nisi recipuerit, & ad satisfactionem, & ad pœnitentiam venerit extraneus fiat, & cum Datian, & Abiron supra dicti Iudicium centiat, & ad instar eorum in Infernum vivus descendat, & cum Iuda traditore, qui Dominum nostrum Jesum Christum tradidit, participationem habeat, & supra nominata omnia in triplo Ecclesiæ Sancti Cucuphati Martyris Octavianensis Cœnobij supra scripti reddere cogatur, & in antea ista donatio, vel concessio plenam habeat firmitatem, & non sit disrupta. Facta scriptura donationis, vel concessionis secundo Idus Aprilis anno septimo regnante Carolo Rege post Hodonem. Feudericus Barchinonensis Episcopus ✕ Vvifredus Comes confirmo, & ✕ ✕ Sumarius Comes ✕ Maurelinus Archidiaconus, qui hanc donationem fecimus, firmavimus, & firmare rogavimus ✕ Leopardus ✕ Eruvigius ✕ Gondeberto ✕ Teudischus ✕ Pulcresindus Presbyter ✕ Servus Dei Subdiaconus ✕ Alexander Presbyter ✕ Adtto Presbyter ✕ Borrellus Presbyter ✕ Elias Presbyter ✕ Mollide Presbyter ✕ Odolardus ✕ Artemius Presbyter ✕ Emila Presbyter ✕ Vndila ✕ Alamano ✕ Taurellus Presbyter, qui hanc scripturam donationis, vel largitionis scripsi cum litteras supra positas, & rasos in verso septimo, & die, & anno quod supra.

Sig ✕ num Pauli Farrer Apostolica, atque Regia authoritatibus
Not. pub. Villæ Sancti Cucuphati Vallensi. tamquam
regentis Archivum publicum Librorum manualium, &
aliarum scripturarum Imperialis Monasterij Sancti Cucu-
phatis Vallensi. pro Admodum Illustri Capitulo Monacho-
rum ejusdem Monasterij, nec non librum magnum foli
pergamenijs scriptis cum litteris vetustissimis, coopertus
coh.

II. 100

R

cohopertijs ligneis, vulgo nominatus lo Cartoral, fideliter in dicto Archivo publico custoditus, & in folio ducentesimo decimo quinto ejusdem libri, & numero sexcentesimo sexagesimo septimo supradictam donationem extraxit, ea cum eadem fideliter comprobavit chalamo alieno scripsit ea in fidem, die decima quinta Novembris anni millesimi septingentesimi decimi clausit.